QUAESTIONUM
DE
DIALECTO HERODOTEA
SPECIMEN PRIMUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI GOTTINGENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE OBTINENDOS

OFFERT

CAROLUS ABICHT
PRAECEPTOR PUBL. ORDIN. GYMNASII LÜNEBURGENSIS.

GOTTINGAE, MDCCCLIX.
[TYP]IS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
(GUIL. FR. KAESTNER.)





QUAESTIONUM DE DIALECTO HERODOTEA SPECIMEN PRIMUM.

Iam diu propositum mihi fuerat, ut de universa coniugatione verborum contractorum Herodoti propria uberius dissererem, cuius fines nondum satis accurate constitutos ut veteres librarios ita recentiores editores persaepe fefellisse mihi persuaseram. Quanquam enim tres potissimum huius aetatis viri exstiterunt, qui summa cum diligentia et perspicacitate eximiam suam operam legibus dialecti Herodoteae indagandis navaverunt atque omnium primi fundamenta tanquam constituerunt huius dialecti etiam ante nonnullos annos crassis tenebris obrutae, tamen haud paucas superesse cognovi quaestiones, ab illis triumviris, Struvio [1]), Dindorfio, Bredovio, quibus omnem fere accuratiorem dialecti Herodoteae cognitionem nos debere grato animo profitemur, nondum ad finem perductas. In quo numero illa quoque quaestio referenda est, de qua nos accurate agere constituimus, quum normas ac leges, quibus Herodotus verborum formas aut contrahit aut sol-

1) Quaestionum de dialecto Herodoti specimina tria scrips. C. L. Struve. Regimontii 1828, 1829, 1830.

vit, parum accurate esse definitas vel ex recentissimis Herodoti editionibus facile intelligatur.

Ac primum quod ad verba in *εω* exeuntia attinet, illud quidem extra omnem dubitationem positum est, Herodotum verborum in *εω* exeuntium formis solutis usum esse; quam primariam legem perraro in huius aetatis editionibus neglectam esse videmus. Quid autem statuendum sit de observatione huic legi contraria, qua ut apud Homerum ita apud Herodotum formae horum verborum, quae in dialecto Attica *ου* habent, ex *εο* vel *εου* contractum, in *ευ* contrahuntur (*ποιεῦσι, ποιεῦνται, ἐποίευν, ποιεῦσα, ποιεῦντος* etc.), parum constat. In quibus formis exhibendis et libri Herodoti et editiones recentissimae Lhardyi, Dietschii, Krügeri, Steinii, Baehrii, tantam prae se ferunt inaequalitatem et inconstantiam, ut formae contractae solutis vel in uno eodemque verbo varientur et mutentur (*δοκέοντες, ἡγέονται, ὀκνέουσι — ποιεῦντες, ἐθηεῦντο, ἀγνοεῦντες — καλέοντες, καλεόμενος, καλέονται, ἐποίεον, ποιέουσι, ποιέονται — καλεῦντες, καλεύμενος, καλεῦνται, ἐποίευν, ποιεῦσι, ποιεῦνται,* alia). Qua codicum fluctuatione Dindorfius, vir et diligentissimus et acutissimus eo adductus est, ut libere fateretur, sibi non magis quam aliis contigisse, ut certam qua earum formarum usus regeretur normam indagaret. Atque idem fere quod de verbis in *εω* exeuntibus dictum est manifesto in verba in *αω* exeuntia cadit; quarum formas modo solutas (*εο* vel *εω*) modo contractas (*ω*) et codices et editiones vel in uno eodemque verbo praebent. Legimus enim modo *ὁρμεό-*

μενος modo *ὁρμεώμενος* modo *ὁρμώμενος* — *ὁρέοντες*, *ὁρέωντες*, *ὁρῶντες* atque eadem inconstantia in septuaginta fere verbis in *αω* exeuntibus invenitur. Ac ne Lhardyo [2]) quidem, qui de formis contractis horum verborum eximia et diligentia et subtilitate in altero quaestionum de dialecto Herodoti specimine egit, hanc rem satis magnis difficultatibus impeditam plane absolvere contigit.

Restat ut pauca tantum de verbis in *οω* cadentibus addamus, quorum coniugatio vocalium contractione servata eo tantum ab Attica recedit, quod haud raro praesentis et imperfecti vocales solutae *οε*, *οο*, *οου*, non in *ου* sed in *ευ* contractae reperiuntur (*οἰκηϊεῦνται*, *ὁμοιεύμενος*, *παρισεύμενοι*, *δικαιεῦσι*, *ἀξιεύμεθα*). Utrum hae formae in *ευ* contractae, quibus permultae legitime in *ου* contractae obstent, cum Dindorfio prorsus sint reiciendae, an quibus limitibus haec contractio sit circumscribenda, ne Bredovius quidem docuit, qui post Dindorfium in explicanda dialecto Herodoti egregiam posuit operam. Itaque de his quoque formis adhuc sub iudice lis est. Quapropter non prorsus inutile quidquam conari mihi videbar, si hoc potissimum tempore, quo mihi contigit, ut historias Herodoti, quae maximam semper mihi paraverunt voluptatem, discipulis explicandas susciperem, certas normas ac leges, quibus verborum contractorum usus apud Herodotum regeretur, indagare studerem. Quam quaestionem ambiguam si hoc ipso tempore facilius expe-

2) Quaestionum de dialecto Herodoti caput alterum. Scrips. H. Lhardy. Berolini 1846.

diri posse persuasum habeo, neminem spero futurum, qui mihi arrogantiae criminationem obiciat, quum mihi Medicei omnium Herodoti codicum optimi conferendi opportunitas fuerit, quem in his, quas minutias esse hodie quidem nemo dicit, a Gronovio ante ducentos fere annos haud satis accurate esse collatum iam in Philologo (XII, p. 204. XI, 272) docui. Quo codice denuo collato nobis contigit, ut duorum codicum accuratiorem collationem habeamus, *Sancroftiani* (*S*), Medicei [3], quos principes duarum Herodoti codicum familiarum alio loco pervicisse mihi videor [4]. Quanquam igitur Medicei vel minutissimis dialecti formis variantibus enotandis diligentem meam operam impendi, tamen statim hoc loco praemonendum est, ne Mediceo quidem in rebus dialecticis plane fidem esse habendam, propterea quod Medicei librarius et ipse ut ceterorum quoque librorum scribae, Homeri potissimum Atticorumque scriptorum lectioni assueti, Homericas, Ionicas, Atticas formas inter se commutavit, quare facile me non monente intelliges, ne in dialecticis quidem quaestionibus diiudicandis summam rerum ad codices utpote persaepe depravatos redire [5]), sed etiam ad grammaticorum veterum testimonia de formis Herodoteis nobis tradita.

Fuerunt qui ad dialectum Herodoti in integrum restituendam provocarent ad reliquos scriptores Jadem

3) Philol. XI, 272.

4) In editionum Herodotearum recensione, nuperrime a me edita atque ad Philologi editorem, praeceptorem dilectissimum, abhinc paucis mensibus missa.

5) Philol. XI, 273.

resuscitare conantes. His quidem haec respondeo. Ex recentioribus Pausania, Luciano, Arriano (in Indicis) Aretaeo, auctore vitae Homeri, aliis minus lucri fier. inde apparet, quod hi quidem promiscue Homeri, Herodoti, Hippocratis formas haud raro inter se confuderunt. Logographorum autem qui dicuntur antiquissimorum Graecorum scriptorum fragmenta pleraque omnia in linguam Atticam conversa a scriptoribus nobis traduntur, (cf. Historic. Graec. edid. C. Mueller. tom. II). Paullo maior in his quidem rebus erit auctoritas Hippocratis, Herodoti aequalis, qui eadem fere qua Herodotus usus est dialecto, quamvis quaedam sibi quisque propria habeat. Sed ne ex Hippocratis quidem scriptis accurate collatis multum fructus percipi putaverim ad dialectum Herodoti restituendam. Ac primum quidem depravatio scriptorum Hippocratis satis nota est, in quibus talis inconstantiae et varietatis imago est expressa, ut libri manuscripti omnes modo Homericas modo Ionicas modo Doricas modo Atticas vel in eisdem verbis praebeant, id quod recentissima operum Hippocratis editione a Littréo curata luce clarius comprobatur. Quo factum esse videtur, ut Lobeckius, qui primus (in Philol. VIII, p. 14) Hippocratis dialectum a vitiis vindicare conatus est, incepto abstiterit, quod nollem factum. Deinde vero hoc quoque maxime tenendum est, quod ne ab Littréo quidem quaestio illa lubrica et anceps persoluta est, quae scripta Hippocratis genuina sint, quae subditicia. Quae quum ita sint, neque ab scriptis codicum litteris solis, neque ab collatis Hippocratis aliorumve scriptorum Ionicorum scriptis dialecto

Herodoteae opem unicam petendam esse nemo monitus negabit. Codicum formis dialecticis accurate collectis atque in examen vocatis accedat opportet ratio sibi consentanea in rerum natura posita, quae a codicum incerta auctoritate vagaque librariorum lubidine remota ut in omni litterarum genere sic in his quoque rebus minutis summum ad rem diiudicandam affert momentum.

Quibus praemissis proponam primum, quae de coniugatione verborum in *εω* exeuntium investigando repperi; alterum vero caput, quod est de verbis contractis in *αω* et *οω* desinentibus, alia scribendi opportunitate oblata editurus sum.

DE CONIUGATIONE VERBORUM IN *ΕΩ* EXEUNTIUM.

Cf. *Dindorf*. in praefation. edition. Herod. p. XXIX sqq. *Bredov*. quaest. critic. p. 372 sqq.

Eustath. p. 1892, 38. *Τὸ παρ᾽ ἡμῖν ἔπλει καὶ ἔρρει παρὰ τοῖς Ἴωσιν ἔπλεεν, ἔρρεεν, ὡς τῆς ει διφθόγγου τεμνομένης παρ᾽ αὐτοῖς εἰς ἄμφω ταῦτα.*

Gregor. Corinth. de dialecto Ionica p. 395. 396 (ed. Schaefer.) *Τοῖς παρατατικοῖς καὶ τοῖς ἐνεστῶσιν ὁμοίως καὶ ταῖς μετοχαῖς τῶν περισπωμένων καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πάσαις ἐγκλίσεσιν ἐντελῶς κέχρηνται, ὡς ἐν τοῖς Ἀνακρεοντείοις.*

οἷον

Δοκέει, κλύειν γὰρ ἤδε
Λαλέειν τὶς εἰ θελήσει
καὶ ἐν τῷ χρησμῷ·
καὶ οὐ λαλεόντος ἀκούω.
καὶ Ἡρόδοτος·
καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον (III, 57).

Herodotum verborum in *εω* exeuntium non formis contractis sed solutis usum esse inter omnes constat.

Quarum numerus quam maximus si cum paucissimis formis contractis comparabitur, quas Herodoti codices praebent, dubitari non potest, quin formae illae Atticae Ionicis falso substitutae librariis sint imputandae [6]).

Quas quum iam Dindorfius p. xxix et Bredovius (p. 372) scite correxissent, illud profecto satis mirum est, quo iure Krügerus ac Baehrius (vel in altera Musarum editione) in sermonis contextum receperint formas vitiosas ut *ζητεῖς* I, 32, *κινεῖ* III, 80, *ποθῇ* III, 36, *ποιῇ* III, 69, (quamquam III, 36 recte scripserunt *ποιέῃς*), *ποιοῖ* II, 169, *ἀδικοῖεν* I, 196, *ἠπόρει* III, 78, *ὤθει* ibid., *οἰκοδομῇ* I, 21, *ἐπιμετρουμένου* III, 91 (quamquam eod. cap. *καταμετρέουσι* receperunt), quas formas contractas in solutas esse mutandas vix est quod

6) Unius tantum verbi monosyllabi *δεῖ* et compositorum *ἐνδεῖ, καταδεῖ* (oportet) formas in *ει* contractas (Indic., infin. praesent. *δεῖ, δεῖν*) in usu fuisse sexaginta fere locis comprobatur, in quibus nihil varietatis e codicibus nobis allatum est. Quorum locorum numero refellitur Bredovii opinio (p. 373) qui quattuor tantum locis fretus, in quibus codices solutas formas *δέειν* vel *δέει* praebent, in illis quoque sexaginta locis formas solutas restituendas esse iudicat. Imperfecti autem forma soluta *ἔδεε* Herodotus usus est, quae viginti locis omnibus codicibus confirmata haud dubie praeferenda est contractae *ἔδει*, quae sex tantum locis in omnibus manuscriptis invenitur (vid. Dindorf. p. xxix et Bredov. p. 373). Prorsus vero damnanda est *Baehrii* inconstantia, qui quum exempli gratia III, 127 *δέει* et III, 80 *ἔδεε* scripsisset, III, 139 *δεῖ* et II, 15 *ἔδει* in verborum ordinem recepit. Sed de huius verbi formis nihil attinet hodie multa disputare, quum hac de re dudum recte iudicaverint recentiores Herodoti editores Dietschius et Steinius.

dicam; id quod suo iure fecerunt Dietschius ac Steinius, quibus hoc potissimum in laude ponendum est, quod in dialecto Herodoti constituenda viam a Dindorfio, Bredovio patefactam, qua sola tandem aliquando ad finem perveniri potest, ingressi sunt. A qua Krügerum, Baehrium quam maxime aberrasse vehementer doleo.

Eximenda esse videntur ab hac lege primaria, supra exposita, qua ab Herodoto formas ab Atticis contractas solutas esse diximus, complura verba quorum syllabae *εο*, *εου* non solum solutae sed etiam epicorum more persaepe in *ευ* contractae reperiuntur. Ac primum quidem

1) *prima* persona plur. praes. verbi *ποιέω*, quod exempli causa pono, legitur modo *ποιέομεν* modo *ποιεῦμεν*.

2) *tertia* pers. pl. praes. act. et pass. legitur modo *ποιέουσι*, *ποιέονται* modo *ποιεῦσι*, *ποιεῦνται*.

3) *prima* pers. sing. imperf. act. et pass. legitur modo *ἐποίεον*, *ἐποιεόμην* modo *ἐποίευν*, *ἐποιεύμην*.

4) *tertia* pers. plur. imperf. act. et pass. legitur modo *ἐποίεον*, *ἐποιέοντο* modo *ἐποίευν*, *ἐποιεῦντο*.

5) omnes participii praes. act. et pass. casus leguntur modo *ποιέοντος* etc. etc. modo *ποιεῦντος* etc.

Aliae formae contractae leguntur hae: *νοεῦντες*, *ἀγνοεῦντες*, *ποιεύμενος*, *διενοεῦντο*, *ἡγεύμενος*, *καλλιερευμένῳ*, *ἐξωθεύμενοι*, *ναυπηγεύμενοι*, *αἰδεῦμαι*, *τελεῦσι*, *οἰκεῦντες*, *ὀκνεῦσι*, *καλεύμενος*, *καλεῦνται*, *πολιορκεύμενος*; aliae solutae: *ἡγεόμενοι*, *ὠθεόμενοι*, *ποιέονται*, *καται-*

δεόμενος, τελέουσι, οἰκέοντος, καλεόμενος, καλέονται, πολιορκεόμενος aliae.

Formarum et contractarum et solutarum permulta sunt exempla, codicibus modo in alterutra consentientibus, modo inter utramque fluctuantibus, modo uno eodemque in verbo in contrarias partes abeuntibus. Quo factum est ut Dindorfius, quum multis erroribus tralaticiis sublatis certas dialecti normas indagaverit atque inconstantiae non Herodotum sed librarios recte arguerit, hac quidem in re Herodotum inconstantiae crimen subire persuasum habeat. Quam ut excusaret, ad coniecturam haud sane probabilem confugit (p. xxix) „Iones, ut ferret vivae vocis natura ad contrahendas syllabas quam ad distinguendas proclivioris, in *communi sermone* formas illas contractas potius quam solutas pronunciasse; *scribentes* vero alios fortasse solutas alios contractas praetulisse, alios denique utrisque promiscue usos esse"; inter quos Herodotum et ipsum fuisse Dindorfius opinatur. Hanc vero coniecturam Dindorfium, dialecti Herodoti sospitatorem, cui debitae gratiae sunt agendae, quod omnium primus Herodotum ab negligentiae atque incuriae crimine suo Marte vindicavit, dudum improbasse pro certo affirmaverim (cf. quae dixi in Philol. XI, 273).

Aliam viam ingressus est Bredovius, qui eo rem difficillimam transegisse sibi visus est, quod (p. 374) Herodotum syllabas *εο, εου* aut solutas servasse aut in *ευ* contraxisse statuit. Qua in re illud satis admirari non potui, quod idem vir doctus, qui centenis in locis codices a librariis dialecticis potissimum in rebus certae rationis plane

ignaris depravatos esse plurimis exemplis evicit, hac quidem in controversia codicum auctoritati serviliter addictus est, quippe quorum vestigia in his formis exhibendis anxie esse premenda putaverit. Libris autem inter formas contractas et solutas fluctuantibus, id quod saepissime fieri infra videbimus, plurimorum *(non optimorum?)* auctoritatem sequendam esse sibi persuasit. Apparet igitur, ex Bredovii et ipsius opinione Herodotum formis contractis et solutis promiscue usum esse. Quae tamen sententia mihi quidem Herodoto prorsus indigna esse videtur ac parum quadrare in pedestris orationis scriptorem, cui non ut poëtis metri legibus obsecutis licere potuit una eademque in verbi forma molestissimam formarum varietatem sine magno incuriae [7]) crimine exhibere. Unde consequitur, ad Bredovium ipsum de codicum auctoritate parum constanter iudicantem inconstantiae crimen recidere, quod ipse Herodoto obicere voluit. Accedit quod Bredovius de codicibus recte existimandis longe a vero recessisse mihi videtur, qui summa artis criticae lege neglecta, qua capita non esse numeranda sed ponderanda hodie nemo nescit, codicibus in diversas partes abeuntibus, plurimos non optimos sequendos esse statuit; quem redarguere nihil attinet. Deinde vero etiam illud quivis facile concedet, fieri non posse, ut codicibus simplex et absoluta fides habeatur, si vel uno eodemque in capite, id quod saepius factum videbimus, exempli gratia modo *ποιέοντες* modo *ποιεῦντες*, modo *καλεόμενοι* modo *καλεύμενοι* praebent; quae inconstantia,

7) Vid. quae dixi in Philol. XI, 273.

nisi me omnia fallunt, librariis non Herodoto crimini vertenda est. Una tantum forma aut contracta aut soluta vera esse potest. Hac vero lege comprobata consentaneum est, ut Herodotus nullo pacto uno eodemque in verbo modo formis in *ευ* contractis modo solutis uti potuerit. Ad quam rem diiudicandum ante omnia quaerendum videbatur, an forte inter tantam verborum in *εω* exeuntium multitudinem verba nonnulla exstent, in quibus aut formae contractae aut solutae solae omnium codicum consensu nobis sunt traditae. His omnibus accurate collectis normam inveniri posse putavi, qua de iis quoque verbis recte iudicari possit, in quorum formis exhibendis libri manuscripti inter formas contractas aut solutas fluctuant. Praeter cetera vero accuratius explorandum mihi videbatur, quales et quanti ponderis essent codices et qui contractas et qui solutas praeberent formas. Iam vero non infitiabor, me priusquam rem accuratius investigarem, aliam de horum verborum formis opinionem quasi praeconceptam habuisse, hodie plane a me reiectam. Nam quum numerum formarum solutarum contractarum numerum longe superare primo adspectu cognossem, initio quidem animum subiit cogitatio, omnes illas formas in *ευ* contractas deberi librariis, quos Homeri lectioni assuetos permultas epicas formas Herodoti verbis intulisse iam pridem luculentis exemplis comprobatum est (cf. Philol. XI, 273). Verum enim vero rem diligenter perpendenti multa mihi se obtulerunt exempla, quibus ad sententiam plane diversam adducebar. Quam gravissimis argumentis stabilitam nunc proponam. Hoc tan-

tum praemonendum videtur, me primum, ut iam supra significatum est, collegisse verba litterarum ordine digesta, quorum solutae tantum formae omnium codicum consensu exhibentur. Deinde conspectum dedi verborum, quorum contractae tantum formae in usu fuisse videntur; postremo verba enumeravi, in quorum formis exprimendis codices inter formas contractas et solutas fluctuant.

PARS PRIMA.

ENUMERANTUR VERBA QUORUM SOLUTAE TANTUM FORMAE OMNIUM CODICUM AUCTORITATE CONFIRMANTUR.

Qua in quaestione hoc potissimum peropportune nobis obtigit, quod accuratam constantemque habemus collationem duorum principum utriusque codicum Herodoteorum familiae manuscriptorum. Ac primum quidem ex Sancroftiano (S) paullo accuratior formarum dialecticarum varietas a Gaisfordio allata est; alterius vero familiae princeps Mediceus (M) primo a Gronovio, (1675) tum a me (1857) hunc potissimum ad finem collatus est, ut etiam in his minutiis enotandis diligentem meam posuerim operam. Deinde vero etiam codicis Schellershemiani (F) varietates Schweighäuser diligentissime descripsit, cui tamen codici utpote exarato a librario Atticarum formarum nimis studioso perraro tantum fides haberi potest.

ἀγινέω *ἀγίνεον* III, 89. 92. 97. *ἀγινέουσι* III, 89bis; 97.
ἀδικέω *ἠδίκεον* I, 121. *ἀδικεόντων* II, 137.
αἰνέω *αἰνεόμενος* I, 98. *καταινέουσι* I, 98. 197.
αἰτέω *αἰτεόμενος* IX, 34. *ἀπαιτεόντων* I, 3. *παραιτεόμενον* I, 24. *ἐξαιτέοντι* I, 74. 90.
ἀνθρωποφαγέω IV, 107. II, 77.
αὐτομολέω VIII, 82. I, 127.
ἀπιστέω *ἀπιστεόντων* VIII, 82.
ἀποδημέω *ἀποδημέοντες* IX, 117. *ἐκδημέουσα* I, 176.
ἀπορέω I, 191. III, 4. VI, 52 bis.
ἀριθμέω *ἀριθμέοντες* II, 143. *ἐξηρίθμεον* ibid.
ἀῤῥωδέω *ὑπεραῤῥωδέοντες* VIII, 70. 72.
ἀρτέομαι *ἀρτέοντο* V, 120. VIII, 108.
ἀσκέω *ἀσκέοντες* III, 72. II, 77.
αὐλέω *αὐλέουσι* II, 60.
γενεηλογέω *γενεηλογέουσι* II, 146.
γεωρυχέω IV, 200.
δατέομαι *δατέονται* I, 216.
δέομαι (*δέον*, *ἐδεόμην*, *ἐδέοντο*, *δεόμενος* I, 83. III, 44. IV, 84. VIII, 59. IX, 35)
δηλέομαι *δηλέοντο* V, 83.
διηθέω II, 93.
δοκέω *δοκέουσι* II, 45. *δοκέοντας* I, 86. 141. II, 15. 160. *ἐδόκεον* I, 115. II, 8. 57. IX, 99.
δονέω IV, 2.
δορυφορέω II, 168.
δωρέομαι VII, 28.
ἐθελοκακέω *ἐθελοκακέοντες* VI, 15. IX, 66.
ἐκπαγλέομαι *ἐκπαγλεόμενοι* VII, 181. VIII, 92.
ἐπιχειρέω *ἐπιχειρέοντι* I, 190. VIII, 108.

εὐδοκιμέω *εὐδοκιμέοντας* IV, 68. V, 63.
εὐπαθέω *εὐπαθέοντα* II, 174.
εὐτυχέω *εὐτυχέοντες* I, 65. 171.
εὐωχέομαι I, 216 (*κατευωχέονται*).
θαρσέω *θαρσέομεν* I, 120. *θαρσέοντα* I, 88.
θεωρέω *θεωρέοντι* I, 59.
καραδοκέω VIII, 67.
κατηγορέω *κατηγόρεον* II, 113 bis.
κομέω *κομέουσι* II, 36 *κομέοντες* I, 82 bis.
κοσμέω *κοσμέονται* I, 215.
κρατέω *κρατέοντα* I, 17. II, 144.
κροτέω *κροτέουσι* II, 60.
κυρέω *συνεκύρεον* VIII, 92.
λιπαρέω *λιπαρεόντων* I, 86. 94.
μαρτυρέω *ἐπεμαρτυρέοντο* V, 93.
μετρέω *καταμετρέουσι* III, 91. I, 93.
μιμέομαι *μιμέονται* II, 104.
μνησικακέω *μνησικακέομεν* VIII, 29.
ναυμαχέω *ἐναυμάχεον* VIII, 42.
ξεινοδοκέω *ξεινοδοκέοντος* VI, 127.
ὁδοιπορέω IV, 110. 116.
οἰκοδομέω I, 205.
ὁμιλέω VI, 84.
ὁμολογέω *ὁμολογέουσι* I, 23. 142. 171. II, 75. 81. 104. 147.
ὁμοφωνέω I, 142.
ὁμουρέω *ὁμουρέουσι* II, 33. VII, 123. VIII, 47.
ὀρχέομαι *ὀρχεόμενοι* I, 141 bis. VI, 129.
οὐρέω II, 35.
ὀχλέω *ὤχλεον* V, 41.

περιημεκτέω περιημεκτέοντες I, 164. VIII, 109.
πλανέομαι πλανέονται II, 41.
πολεμέω ἐπολέμεον V, 94.
προμηθέομαι IX, 108. προμηθεόμενος III, 78.
προσκυνέω προσκυνέουσι II, 121.
προτερέω IX, 57.
ῥέω ῥέουσι, ἔρρεον I, 80. 188. II, 11. 25. 33. 150. IV, 17. 48. 49.
σκιητροφέω VI, 12. III, 12.
σιτέομαι σιτέονται I, 71. 216. II, 77. 92.
στυγέω στυγέουσι VII, 236.
σωφρονέω ἐσωφρόνεον VII, 15.
τειχέω ἐτείχεον V, 23. IX, 8.
ὑδροποτέω I, 71.
φθειροτραγέω IV, 109.
φθονέω VII, 236.
φιλέω φιλέουσι, φιλέονται I, 134.
φορτηγέω II, 96.
φρονέω I, 199. II, 16. 162.
φρουρέω II, 30.
χέω I, 185. II, 40.
χωρέω I, 70. 105. II, 107.

Attulimus omnia fere verba — nonaginta numero, si calculos recte subduximus — quorum solutae tantum formae omnibus codicibus confirmantur [8]; hoc vero pro certo affirmare non ausim, ne unum qui-

8) Quo in numero comprehensa sunt nonnulla verba composita, quae in locis numeris tantum librorum et capitum indicatis invenientur.

dem huius generis verbum a me esse omissum, id quod in tanto labore fortasse excusabitur. Deinde vero etiam hoc quoque moneri volo, me non *omnes* Herodoti locos in conspectu supra proposito laudasse, in quibus formae in *εο* vel *εου* solutae inveniuntur; verba tantum omnia enumeranda esse putavi, quorum solutae tantum formae a codicibus exhibentur. Ceterum labori non peperci, omnium formarum summam colligere, quae in singulis Herodoti libris in *εο* vel *εου* solutae reperiuntur. Atque leguntur formae solutae:

in *libro*		I	—	fere 240
—	—	II	—	
—	—	III	—	80
—	—	IV	—	100
—	—	V	—	50
—	—	VI	—	40
—	—	VII	—	80
—	—	VIII	—	50
—	—	IX	—	50

Harum formarum solutarum summam si recte fecimus, fere sunt *septingentae* omnium codicum auctoritate munitae. Illud vero iam hoc loco monendum est, illorum *nonaginta* verborum, quorum haec septingentae formae sunt, hoc proprium esse, ut *ante vocalem ε praecedat consonans quaedam*, qua prohibetur, ne in illis formis solutis tres pluresve vocales collidantur.

Disputationis ordine diligenter observato, quem su-

pra indicavimus, progrediamur oportet ad verba illis nonaginta verbis supra enumeratis contraria, quorum contractae tantum formae (*ευ*) apud Herodotum in usu fuisse videntur.

PARS SECUNDA.

CONSPECTUS VERBORUM QUORUM FORMAE IN *ευ* CONTRACTAE AUT SOLAE INVENIUNTUR AUT NUMERUM IN *εο* VEL *εου* SOLUTARUM LONGE SUPERANT.

ἀγνοέω *ἀγνοεῦντες* IV, 156.

διανοέομαι *διανοεύμενος* V, 36. III, 122. *διενοεῦντο* VI, 133. *διανοεῦνται* IX, 54.

θηέομαι *ἐθηεῦντο* III, 136. *θηεύμενος* VII, 44. *θηεύμενον* VII, 212. VIII, 88. *θηεύμενοι* VII, 146.

νοέω *νοεῦντες* VIII, 3 (sic omnes codd.). *νοεῦντες* MSV VII, 168, alii peior. not. *νοέοντες*. *ἐπενόεον* omnes V, 65.

ποιέω huius verbi, quod omnium maxime apud Herodotum invenitur, perpaucis formis exceptis contractae tantum formae inveniuntur.

ποιεῦσι I, 131. 140 (M). 198. 199. 200. II, 42. 49 bis. 60. 78. 89 (M). 121 (M). 93. 94. 171. *ποιεῦσι* II, 93 (MPKF), alii codd. pei. not. *ποιέουσι*; *ποιεῦσι* MF II, 89. 121. *ποιέουσι* I, 140 F. I, 189 S. reliq. *ποιεῦσι*.

ποιεῦντες vel alii eiusdem partic. casus I, 90. 123. 185. 193. 207. II, 36. 77. 104. 180. 207. *ποιοῦντας* I, 90 KS, *ποιεῦντας* M. *ποιέοντας* I, 140 omnes

Mediceo excepto, qui ποιεῦντας praebet. ποιέουσαι I, 93 omnes.

ποιέοντες I, 158 (M ποιεῦντες), ποιέοντος I, 159 omnes.

ἐποίευν II, 93. 14 bis. III, 146. VI, 6. IX, 22. 57. 99. contra ἐποίεον IX, 6.

ποιεῦμαι II, 86. 170. ποιεῦνται I, 140. 193. II, 36. 86. 96. 178 bis.

ποιεύμενος vel alii eiusd. partic. cas. I, 94. 127 bis. 131. 150. 161. 191. 216. II, 32. 36. 58. 96. 121. 154. 162.

ποιεύμενα I, 37 (M), alii ποιεόμενα.

ἐποιεύμην I, 118.

ἐποιεῦντο I, 13. II, 147. (M). VIII, 93. IX, 92. ἐποιέοντο F II, 147.

Nisi quid me fallit, primi et secundi libri verbi ποιέω formas indicavi sexaginta sex, quarum quinquaginta in ευ contractae omnium codicum auctoritate confirmantur. Tres tantum formae omnium codicum consensu solutae traduntur; in reliquis locis perpaucis fluctuant codices inter formas contractas et solutas, Mediceo omnium codicum longe principe paene ubivis contractas praebente. Quae cum ita sint, quovis pignore contendo, illis paucis in locis pro forma soluta ποιέουσι, ne uno quidem loco omnium codicum consensu comprobata, formam contractam ποιεῦσι, quattuordecim locis confirmatam, esse restituendam, atque idem cadit in formas solutas partic. praes. act. I, 93. 140. 158. 159, quibus omnibus locis formas contractas esse rescribendas persuasissimum mihi est. Ac ne-

minem spero futurum qui mihi audaciae crimen obiciat, si ad sententiam meam confirmandam hoc unum adiunxero. Inveniuntur:

in libro III verbi *ποιέω* viginti quattuor formae in *ευ* contractae, ne una quidem soluta est;

in libro IV triginta in *ευ* contractae; tres tantum formae a nonnullis peioris notae codicibus solutae exhibentur: *ποιέοντες* F IV, 98 *ποιεῦντες* M. *ποιέουσι* in quibusdam codd. invenitur IV, 146 *ποιεῦσι* MSF. *ἐποιέοντο* F IV, 128 *ἐποιεῦντο* MS;

in libro V viginti quattuor formae in *ευ* contractae, nulla soluta;

in libro VI viginti duae contractae, una in *ου* contracta (VI, 108 *ποιούντων*), haud dubie in *ποιεύντων* corrigenda;

in libro VII viginti quattuor formae contractae. (in tribus locis fluctuant codd. inter contractam et solutam formam. VII, 8 *ποιέοντες* omnes, quanquam eodem capite in omnibus codicibus recte legitur *ποιεῦντες*. VII, 31 *ποιέουσι* S, *ποιεῦσι* MPKF. VII 148 *ποιέουσι* M, *ποιεῦσι* SV).

in libro VIII duodecim formae contractae. VIII, 16. 21. *ἐποιέοντο* S, *ἐποιεῦντο* MPF. VIII, 93 *ἐποιεῦντο* omnes. VIII, 115 *ἐποίεον* FS, *ἐποίευν* M.

in libro IX viginti quattuor formae in *ευ* contractae, una soluta (IX, 6 *ἐποίεον*, sed cf. supr. II, 14. 93. III, 146. VI, 6. IX, 22. 57. 99).

Ex quo verborum conspectu facile intelliges, praeter cetera formas verbi *ποιέω* accuratius a me esse collectas, non solum contractas sed etiam solutas, quae

cuipiam forte contrariam sententiam tueri videantur. Ac nisi in summa colligenda erravimus, sunt ducenti fere loci, in quibus omnes codices formas in ευ contractas (ex εο vel εου) tuentur; octo in locis alii codices formas contractas alii solutas praebent, codicibus plurimis et optimis plerumque contractas tenentibus. Quinque tantum loci exstant, in quibus formae in εο vel εου solutae omnibus codicibus confirmari videntur. Quibus de caussis mihi quidem certissimum esse videtur, illis omnibus in locis formas contractas esse restituendas, primum quod criticis de rationibus hae formae sunt praeferendae, deinde quia caussa inveniri non potest, cur scriptor, qui ducenties certo quodam modo locutus est, quinquies vero alio modo, tam inconstanter variare voluerit. At dixerit quispiam, illis formis solutis numero fere septingentis fretus, quas p. 16 sqq. enumeravi, formas fere ducentas viginti in ευ contractas verborum ἀγνοέω, διανοέομαι, θηέομαι, νοέω, ποιέω, in quibus omnibus ante vocalem ε altera vocalis praecedit, solutis esse commutandas. Habet haec sententia, mihi quoque probata, priusquam rem accuratius investigarem, primo adspectu speciem quandam veri. Ad quam refutandam duo potissimum argumenta gravissima in promptu habeo. Ac primum quidem criticam rationem verborum et illorum nonaginta (pag. 16 collectorum) et illorum quinque (cf. p. 20) plane esse diversam iam supra significavi. Namque in illis quinque verbis numerus contractarum numerum solutarum adeo superat, ut vix dubium esse possit, quin illorum verborum formae contractae unice sint verae. Qua caussa

permotus non solum octo in locis, in quibus codices inter formas contractas et solutas fluctuant, sed etiam illis quinque in locis, in quibus formae solutae ab omnibus codicibus exhibentur, formas contractas rescribi velim. Eodemque modo V, 65 pro *ἐπενόεον* forma contracta *ἐπενόευν* restituenda est. Alterum vero argumentum, quod maximi momenti mihi esse videtur, in eo est positum, quod scriptor procul dubio aliquid est secutus, qui, quum illorum nonaginta verborum formis solutis usus sit, illorum quinque verborum formis contractis uti maluit. Caussa in aprico est posita. *Evitare voluit Herodotus illis quinque in verbis, in quibus ante vocalem ε etiam altera vocalis praecedit, concursum trium vel plurium vocalium*, quum suavis oris Ionici mollities ab huiusmodi formarum prolatione, ut *θηεόμενοι, ἀγνοέοντες, ἐποιέοντο, διανοεόμενος* abhorrere videatur. Quibus duabus de caussis illorum quidem quinque verborum formas contractas ubivis esse restituendas docuisse mihi videor.

Transgrediamur ad tertiam partem disputationis, cuius ordinem secutus proponam verba, quorum solutae tantum formae plurimis optimisque codicibus confirmatae apud Herodotum in usu fuisse videntur, quanquam contractae et ipsae paucis locis a codicibus exhibentur.

PARS TERTIA.

RECENSENTUR VERBA QUORUM FORMAS ET SOLUTAS ET CONTRACTAS CODICES TUENTUR ITA VERO UT SOLUTARUM NUMERUS LONGE MAIOR SIT.

Formae solutae.	*Formae contractae.*
αἰδέομαι *καταιδεόμενος* III, 72. 77.	*προαιδεῦμαι* III, 140.
αἱρεόμαι *αἱρέοντο* I, 96. *διαιρέομεν* II, 6. *ἀναιρέονται* II, 36. *ἐξαιρεόμενος* III, 6. I, 89. II, 66.	*αἱρεῦμαι* III, 142.
αἰωρέομαι	*αἰωρεύμενα* VII, 92. *παραιωρεύμενα* VII, 61.
ἀνθέω *ἀνθεούσης* VI, 127 (MF). IV, 1 (M). *ἐπανθέουσαν* II, 12.	*ἀνθεύσης* VI, 127. IV, 1. (— *εου* — MF).
ἀρνέομαι *ἀπαρνεόμενον* VI, 69 (MF).	*ἀρνευμένη* II, 181. *ἀρνευμένους* IV, 13.
ἀπολογέω *ὑπεραπολογέοντο* VI, 136.	*ἀπολογεύμενος* VII, 161.
εἰλέω *ἀπειλέουσι* (M) IV, 94. *συνειλέουσι* omnes IV, 67.	*ἀπειλεῦσι* (SV) IV, 94.
ἐλαστρέομαι *ἐλαστρεομένας* (MS) VII, 24.	*ἐλαστρευμένας* II, 158.
ἡγέομαι *ἡγεόμενοι* II, 69. V, 4. 92. VI, 107. 111.	*ἡγεύμενος* VII, 161. *ἐξηγεύμενοι* II, 113. 115. contra

VII, 18. 130. 148. IX, 104. ἡγέοντο IX, 40.

ἱκνέομαι I, 62. II, 66. ἀπικνέονται VIII, 117. I, 105. VII, 101. VI, 125. VIII, 110 (ἀπικνεομένων. ἀπικνεομένοισι).

ἱστορέω ἱστορέοντι II, 113. ἱστόρεον I, 122. II, 19.

καλέω καλεόμενος vel alii eiusd. part. pass. cas. I, 1. 43. 56. 80. 87. 57 bis. 76. 110. 166. 204. II, 8. 9. 11. 13. 15. 49. 148. 149. 155. 158. 165. 170. 171. 181. 187.

καλέοντες I, 151. II, 2.

καλέουσι I, 105. 110. 131. 139. 192. 193. 199. II, 2. 36. 42. 81. 121 bis. 158. 171 bis.

καλέονται I, 173. II, 69.

προςκαλέομαι I, 69.

ἐκαλέοντο I, 173 bis.

Praeter has quinquaginta fere formas solutas, quae in libro I et II inveniuntur,

ἐξηγεόμενοι omnes III, 79.

ἱκνευμένως VI, 65 contra eod. cap. ἱκνεομένως.

ἀπικνεύμενον II, 105.
ἱκνευμένων (SV) VI, 84
ἱκνεομένων (M) cf. VI, 86.
ἐπικνεύμενον III, 9.
ἱστορεῦντα II, 34.

καλευμένης (MPK) II, 41 — εο — (SF).
καλεόμενος (MPKF) II, 8 — ευ — alii.
καλεύμενος (omnes) II, 56. 98.
καλεύμενον (omnes) II, 72. 121.
ἐπικαλεύμενα II, 118.
ἐπικαλευμένῳ (SV) II, 154 — εο — MPF.
καλευμένη (SMPK) II, 156 — εο F.
καλεύμενον II, 178 — εο — MF.
καλευμένων omnes III, 106. IV, 85. 93 (contra καλεομένης IV, 99 bis. 109 bis omnes).

leguntur formae solutae:	
in libr. III: decem,	καλεῦνται IV, 149 —εο— MS.
in libr. IV: viginti,	καλευμένου IV, 175 —εο— alii.
in libr. V: decem,	καλευμένας V, 31 —εο—S. ἐπικαλεύμενος V, 108 —εο— MF.
in libr. VI: novem,	ἐκκαλεύμενος VI, 79 —εο— S.
in libr. VII: triginta quinque,	καλεύμενοι VII, 40 (eod. cap. καλέονται).
in libr. VIII: decem,	καλευμένην VII, 170.
in libr. IX: sex.	προκαλεύμενοι IX, 48. 62. contra καλεόμενοι IX, 57. 85. 105.
καλλιερέω ἐκαλλιερέοντο VII, 113, IX, 92.	καλλιερευμένῳ VI, 82.
ληλατέω	ληλατεῦσι II, 152.
ναυπηγέομαι	ναυπηγεύμενοι II, 96. VI, 46.
οἰκέω οἰκέουσι I, 145. 146. 166. 174 bis. II, 29. 33. 112. 150. ἐνοικέοντα I, 4. 57. 108. οἰκέοντες II, 18. 69 bis. 92. 94. 144. 180. οἰκεομένην I, 151. II, 17. 32. 177.	οἰκεῦντες IV, 157 (paullo ante οἰκέοντες). Cui uni formae contractae, quae sola in toto Herodoti opere invenitur, sexcentae formae solutae in reliquis quoque libris (III-IX) obstant, quas sciens praetermisi.
ὀκνέω ὀκνέουσι VII, 50 M.	ὀκνεῦσι VII, 50 alii.
πολιορκέω πολιορκεόμενοι VII, 156. IX, 117.	πολιορκευμένας, πολιορκευμένη V, 115.

πολιορκεομένη I, 26 (—*ευ*—F). 81.83.84.	*πολιορκευμένους* SV III, 13 — *εο* — MPKF.
πολιορκεομένη MF II, 157 (—*ευ*—SV).	*πολιορκεύμενοι* III, 13 — *εο* — MS.
ἐπολιορκέοντο I, 80. VI, 140. VIII, 111.	
πολιορκέουσι III, 56.	
ἐπολιόρκεον III, 147. IV, 200. V, 34. 72. VI. 99. VIII, 52. IX, 86. 87. 114.	
πολιορκέοντες VI, 18. VII, 124. VIII, 28.	
προθυμέομαι προθυμεόμενοι I, 36.	*προθυμευμένου* IX, 72 — *εο* — M.
προθυμεόμενος VIII, 86. IX, 37. I, 116 (*ἐπιθυμέοντα*). II, 61.	
πωλέω πωλέουσι II, 92. I, 196. VIII, 105.	*πωλεῦσι* V, 6.
ῥιπτέω ῥιπτέουσι IV, 188. VII, 50. VIII, 53.	*ῥιπτεῦσι* IV, 94 SV. *ῥίπτουσι* F *ῥιπιέουσι* M.
τελέω ἐπιτελέουσι I, 167. II, 37. 49 bis. 63. 65. VI, 42. 60. VIII, 41.	*τελεύμενα* III, 134. *ἐπιτελεῦσι* V, 49. sed cf. I, 167. VIII, 41.
ὑποτελέοντες I, 171. II, 121. *ἐπετέλεον* V, 83. 84. VII, 153. IX, 26.	*ἐπιτελευμένων* omnes VII, 16. sed cf. VII, 187.
τελεομένας VII, 187. IX, 93.	*τελεύμενα* I, 206 (Aldina) codd. omn. *τελεόμενα*.
ἐπιτελέουσα III, 69.	

τιμωρέω *τιμωρέοντες* II, 63.
τιμωρέουσαν II, 100.
ἐτιμώρεον I, 18.
τιμωρεύμενος III, 49.

ὑπισχνέομαι *ὑπισχνεόμενος* V, 51.
ὑπισχνεύμενοι III, 74. *ὑπισχνεύμενος* III, 106.

φορέω *φορέουσι* I, 71. 135. 193. 215. II, 35. 37. 48. 74. 81. III, 114.
φορέοντα II, 73. *ἐφόρεον* II, 151.
ἐξεφορέοντο VIII, 12.
διφροφορευμένους III, 146. *καταφορεύμενος* III, 106.

ὠθέω *ὠθέοντες* II, 35.
ὠθεόμενοι VII, 136.
ἐξωθεύμενοι VI, 83.

ὠνέομαι *ὠνεομένοισι* I, 69. 27. 196.
ὠνευμένοισι F I, 165 —*εο*— M.

ὠφελέω *ὠφελέοντες* II, 95.
ὠφελεύμενος MKF II, 68 — *εο* — S, sed eod. cap. omnes *ὠφελεομένῳ*.

Quorum verborum ordinem si collustrabimus, omnium maxime nobis occurrunt verba

αἱρέομαι, ἡγέομαι, καλέω, οἰκέω, πολιορκέω, τελέω;

namque in horum formis exhibendis codices inter formas contractas et solutas quam maxime fluctuant. Quaeritur utrae vere sint Herodoteae. Qua in re diiudicanda primariam illam legem tenendam puto, quam in universa hac quaestione tractanda sequendam esse duxi. Nam initio statim disputationis praemonui, me nullo pacto eo adduci posse, ut Herodotum pedestris orationis scriptorem in uno eodemque verbo in-

ter formas contractas et solutas inconstanter variasse statuam. Qualem inconstantiam non Herodoto sed librariis esse imputandam idem dixi. Haec si vere disputata sunt, inde consequitur, in horum quoque verborum formis exhibendis inconstantiam et inaequalitatem ferri non posse. Atque ut statim dicam quod sentio mihi tribus potissimum de caussis solutae horum verborum formae unice legitimae esse videntur. Ac primum quidem solutionis argumentum petendum ab analogia illorum nonaginta verborum (cf. p. 16), quibus cum his modo enumeratis hoc commune est, quod littera consonans quaedam ante vocalem *ε* praecedit (qua de re conferas quae dixi p. 19); itaque illa quidem caussa, qua verborum *ἀγνοέω, διανοέομαι, θηέομαι, νοέω, ποιέω* usum apud Herodotum regi supra vidimus (p. 24), minime cadit in verba *αἱρέομαι, ἡγέομαι, καλέω, οἰκέω, πολιορκέω, τελέω* reliqua, in quibus non vocalis sed consonans ante *ε* praecedit; deinde vero in uno quoque horum verborum, de quibus nunc agitur, formae solutae numero longe praevalent, accedit quod paucae illae formae in *ευ* contractae ne omnium quidem codicum auctoritate muniuntur, quum fere semper ab aliis quibusdam codicibus formas solutas exhiberi ex recensu illorum verborum a nobis proposito facile intelligatur. Quae formae perperam contractae deberi videntur librariis, qui prava complurium (220) formarum ut *ποιεῦντες, ἐποίευν,* aliarum legitime contractarum analogia decepti ad opinionem deducti sunt, nimium diu editoribus comprobatam,

Herodotum inter contractas et solutas formas ad lubidinem variasse, quod ut credam equidem nunquam adducor.

Haec si recte disputata sunt, restituatur necesse est forma soluta *αἱρέομαι* pro contracta *αἱρεῦμαι* III, 142; deinde duae formae *ἡγεύμενος* et *ἐξηγεύμενοι*, quarum altera III, 79 recte soluta invenitur (*ἐξηγεόμενοι*), iam eam ob caussam reiciendae sunt, quia decem pluresve eiusdem participii formae solutae ab omnibus codicibus exhibentur; accedunt reliquae caussae, quas repetere nolo.

Contractas verbi (imprimis participii act. vel pass.) *καλέω* formas viginti fere quinque numero (25), ne omnium quidem codicum auctoritate confirmatas (nam paene in omnibus his locis nonnullos codices atque omnium unum maxime Mediceum solutas formas tueri vidimus), obruere possumus centum quinquaginta formis solutis (150), quas omnes codices praebent. Atque haud raro fortuna nobis se obtulit, ut eadem verbi cuiusdam forma male contracta alio loco recte soluta reperirietur, id quod ex nostro verborum conspectu facile intelliges. In sex tantum formis contractis verbi *καλέω* omnes codices consentire videntur, in quarum locum solutas esse substituendas vix est quod dicam.

Pro una verbi *οἰκέω* forma contracta *οἰκεῦντες* IV, 157 ingenti formarum solutarum numero contraria restitui volo solutam *οἰκέοντες*, quam et ipsam sexcentis locis solutam omnes codices tuentur.

Idem cadit in verbi *πολιορκέω* formas, quarum duae tantum contractae ab omnibus codicibus exhibentur;

solutae vero viginti fere omnium codicum consensu traduntur; in quattuor locis codices inter formas contractas et solutas fluctuant. Quibus omnibus in locis formas solutas in verba scriptoris recipiendas esse dico.

Postremo ut tandem aliquando ad finem perveniamus tres quattuorve contractas verbi *τελέω* formas, quibus viginti formae legitime solutae obstant, corrigendas puto. Eandem medelam adhibebimus, ut constantiae par est, reliquorum huiusmodi verborum formis; vere Herodoteas formas comprobabimus: *προαιδέομαι, αἱρέομαι, αἰωρεόμενα, ἀνθεούσης, ἀρνεομένην, ἀπολογεόμενος, ἀπειλέουσι, ἐλαστρεομένας, ἡγεόμενος (ἐξηγεόμενος) ἱκνεομένως, (ἀπικνεόμενον), ἱστορέοντα, καλεόμενος, καλέονται, λεηλατέουσι, καλλιερεομένῳ, ναυπηγεόμενοι, οἰκέοντες, πολιορκεόμενος, προθυμεόμενος, πωλέουσι, ῥιπτέουσι, τελεόμενος, τιμωρεόμενος, ὑπισχνεόμενοι, διφροφορεόμενοι, καταφορεόμενοι, ἐξωθεόμενοι.*

Quam disputationis summam alio quoque argumento a futuris verborum liquidorum petito comprobari video. Ad quae tempora et ipsa eandem legem valere cognovi, qua in verbis in *εω* exeuntibus usum formarum et contractarum et solutarum regi docuimus. Atque hoc potissimum ad sententiam nostram confirmandam nobis adiumento est, quod haec quidem futura nullam fere librariorum negligentiam neque temeritatem experta sunt. Vix opus est monito, eas tantum futurorum formas in censum venire, quae in *εο* vel *εου* exeuntes aut solutae servantur aut in *ευ* contrahuntur. (De reliquis illorum futurorum formis solutis egit Bredov. p. 375, qui nostram tamen quaestionem praetermisit).

ENUMERANTUR FUTURORUM LIQUIDORUM FORMAE IN *εο* VEL *εου* EXEUNTES IN QUIBUS ANTE LITTERAM *ε* PRIMAE FUTURI PERSONAE IN *εω* VEL *εομαι* SOLUTAE CONSONANS QUAEDAM PRAECEDIT.

Formae solutae.	*Formae contractae.*
ἀγγελέω ἀγγελέοντα IV, 14. 152. VIII, 54. 97.	
ἀμυνέω ἀμυνέοντες IX, 60.	*ἀμυνεῦσι* IX, 6.
ἀποθανέομαι ἀποθανέονται IV, 95.	*ἀποθανευμένους* VII, 134.
ἀπολέομαι ἀπολέοντες VI, 91. VII, 209. VIII, 138. IX, 18 (MF).	*ἀπολεῦντες* SV IX, 18 — *εο* — MF, eod. cap. omnes *ἀπολέοντες*.
ἀπολεόμενοι VII, 218. VIII, 269.	*ἀπολεύμενοι* c. Ald. VII, 209 — *εο* — SMPKF.
ἀπολεόμεθα IX, 42.	*ἀπολούμενοι* MF VII, 146. — *ευ* — SV.
διαφθερέονται IX, 42.	
δραμέονται VIII, 102.	
ἐρέω προσερέοντες I, 77. 81. IV, 118. VII, 32. 205.	
κερδανέω κερδανέομεν VIII, 60.	
κτενέω ἀποκτενέοντα III, 30. 65. V, 92.	
συμβαλέω συμβαλέοντες III, 11. VI, 111. IX, 61.	
ὑπομενέω ὑπομενέουσι IV, 3. 119. VII, 101. 141. IX, 90.	

ENUMERANTUR FUTURORUM ATTICORUM FORMAE IN *ευ* CONTRACTAE IN QUIBUS ANTE LITTERAM *ε* PRIMAE FUTURI PERSONAE IN *εω* VEL *έομαι* SOLUTAE VOCALIS QUAEDAM PRAECEDIT.

ἀνταγωνιεύμενος V, 109.
ἐναγωνιεῦμαι III, 83.
ἐξανδραποδιεῦμαι M I, 66 reliqui
— *ου* —.
ἐπισιτιεύμενοι IX, 50.
κομιεύμεθα VIII, 62.
ὀπωριεῦντες IV, 172. 182.

Ex quibus futurorum formis et ipsis inter se comparatis intelligitur, normam illam, in qua totius disputationis fundamentum positum est, recte a nobis esse constitutam; nam illud quidem sine ulla dubitatione confirmaverim, pro tribus illis formis pseudo-herodoteis *ἀποθανευμένους, ἀπολεύμενοι* (*ἀπολούμενοι*), *ἀπολεῦντες* solutas esse substituendas: *ἀποθανεομένους, ἀπολεόμενοι, ἀπολέοντες*, primum quod tres illae formae contractae ne omnium quidem codicum auctoritate comprobantur; deinde vero etiam quod easdem participii formas aliis locis omnes codices solutas tuentur. Postremo lib. IX, 6 formam solutam *ἀμυνέουσι* esse restituendam facile concedes.

LOCI EMENDATI.

IX,	6	pro	*ἐποίεον*	scripsi	*ἐποίευν* cf. II, 93. IX, 22. 57. 99.
II,	89	—	*ποιέουσι*	—	*ποιεῦσι* cf. I, 131. 198. 199. 200.
II,	121	—	*ποιέουσι*	—	*ποιεῦσι.*
I,	93	—	*ποιέουσαι*	—	*ποιεῦσαι* cf. I, 185.
I,	140	—	*ποιέοντας*	—	*ποιεῦντας* cf. I, 90. 193. 207.
I,	158	—	*ποιέοντες*	—	*ποιεῦντες.*
I,	159	—	*ποιέοντος*	—	*ποιεῦντος.*
VII,	8	—	*ποιέοντες*	—	*ποιεῦντες* cf. I, 158.
V,	65	—	*ἐπενόεον*	—	*ἐπενόευν.*
III,	140	—	*προαιδεῦμαι*	—	*προαιδέομαι.*
III,	142	—	*αἱρεῦμαι*	—	*αἱρέομαι* cf. VI, 69.
VII,	92	—	*αἰωρεύμενα*	—	*αἰωρεόμενα.*
VII,	61	—	*παραιωρεύμενα*	—	*παραιωρεόμενα.*
IV,	1	—	*ἀνθεύσης*	—	*ἀνθεούσης.*
VI,	127	—	*ἀνθεύσης*	—	*ἀνθεούσης.*
II,	181	—	*ἀρνευμένη*	—	*ἀρνεομένη.*
VI,	13	—	*ἀρνευμένους*	—	*ἀρνεομένους.*
VI,	69	—	*ἀπαρνεύμενον*	—	*ἀπαρνεόμενον.*
IVI,	161	—	*ἀπολογεύμενος*	—	*ἀπολογεόμενος.*
IV,	94	—	*ἀπειλεῦσι*	—	*ἀπειλέουσι.*
IV,	94	—	*ῥιπτεῦσι*	—	*ῥιπτέουσι.*
II,	158	—	*ἐλαστρευμένας*	—	*ἐλαστρεομένας.*
VII,	161	—	*ἡγεύμενος*	—	*ἡγεόμενος.*
II,	113	—	*ἐξηγεύμενος*	—	*ἐξηγεόμενος.*
VI,	65	—	*ἰκνευμένως*	—	*ἰκνεομένως.*
VI,	84	—	*ἰκνευμένου*	—	*ἰκνεομένου.*

II, 178	pro	ἀπικνευμένοισι	scripsi	ἀπικνεομένοισι.
VI, 86	—	ἱκνευμένου	—	ἱκνεομένου.
III, 9	—	ἐξικνεύμενον	—	ἐξικνεόμενον.
II, 34	—	ἱστορεῦντα	—	ἱστορέοντα.
II, 41	—	καλευμένης	—	καλεομένης.
II, 56	—	—	—	—
II, 98	—	—	—	—
II, 72	—	καλεύμενον	—	καλεόμενον.
I, 121	—	καλεύμενον	—	καλεόμενον.
II, 118	—	ἐπικαλεύμενα	—	ἐπικαλεόμενα.
II, 154	—	καλευμένῳ	—	καλεομένῳ.
I, 156	—	καλευμένη	—	καλεομένη.
II, 106	—	καλευμένων	—	καλεομένων.
IV, 85	—	καλευμένας	—	καλεομένας.
V, 31	—	—	—	—
IV, 93	—	—	—	—
IV, 149	—	καλεῦνται	—	καλέονται.
V, 108	—	—	—	—
IV, 175	—	καλευμένου	—	καλεομένου.
V, 109	—	ἐπικαλεύμενος	—	ἐπικαλεόμενος.
VI, 79	—	ἐκκαλεύμενος	—	ἐκκαλεόμενος.
VII, 40	—	καλεύμενοι	—	καλεόμενοι.
VII, 170	—	καλευμένην	—	καλεομένην.
X, 48. 62	—	προκαλεύμενοι	—	προκαλεόμενοι.
				cf. IX,57. 85. 105.
II, 152	—	λεηλατεῦσι	—	λεηλατέουσι.
III, 106	—	καταφορεύμενος	—	καταφορεόμενος.
VI, 82	—	καλλιρευμένῳ	—	καλλιρεομένῳ.
II, 96	—	ναυπηγεύμενοι	—	ναυπηγεόμενοι.
VI, 46	—	—	—	—

IV, 157	pro	*οἰκεῦντες*	scripsi	*οἰκέοντες.*
		Eod. capite recte ab omnib. codic. exhibetur *οἰκέοντες.*		
V, 115	—	*πολιορκευμένας*	scripsi	*πολιορκεομένας.*
V, 115	—	*πολιορκευμένη*	—	*πολιορκεομένη.*
III, 13	—	*πολιορκεύμενοι*	—	*πολιορκεόμενοι* (S). cf. VII 156. IX, 117.
III, 155	—	*πολιορκευμένους*	—	*πολιορκεομένους* (MPKF).
IX, 72	—	*προθυμευμένου*	—	*προθυμεομένου.* cf. VIII, 86. IX, 37
V, 6	—	*πωλεῦσι*	—	*πωλέουσι* cf. II, 92.
III, 134	—	*τελεύμενα*	—	*τελεόμενα.* cf. VII, 187.
I, 206	—	—	—	cf. IX, 93.
V, 49	—	*ἐπιτελεῦσι*	—	*ἐπιτελέουσι.* cf. I. 167. VIII, 41.
VII, 16	—	*ἐπιτελευμένων*	—	*ἐπιτελεομένων.* cf. VII, 187. IX, 93.
III, 49	—	*τιμωρεύμενος*	—	*τιμωρεόμενος.*
III, 74	—	*ὑπισχνεύμενοι*	—	*ὑπισχνεόμενοι.* cf. V, 51.
III, 146	—	*διφροφορευμένους*	—	*διφροφορεομένους.*
VI, 83	—	*ἐξωθεύμενοι*	—	*ἐξωθεόμενοι.*
I, 165	—	*ὠνευμένοισι*	—	*ὠνεομένοισι.* cf. I, 27. 69. 196.
VII, 50	—	*ὀκνεῦσι*	—	*ὀκνέουσι* (M).
IX, 6	—	*ἀμυνεῦσι*	—	*ἀμυνέουσι.*
VII, 134	—	*ἀποθανευμένους*	—	*ἀποθανεομένους* (M).
II, 68	—	*ὠφελεύμενος*	—	*ὠφελεόμενος* (S).



VII. 146	pro *ἀπολεύμενοι* scripsi *ἀπολεόμενοι*.	cf. VII, 218. *ἀπολεόμενοι* (omnes). VII, 209 *ἀπολεόμενοι* (omnes). Aldina *ἀπολεύμενοι*.
IX, 18	— *ἀπολεῦντες* —	*ἀπολέοντες* (M F); eod. capit. *ἀπολέοντες* omnes.